

**Descriptio-
nis.**

A descriptione contingente, seu ex quibusdam communibus, ad descriptum probabilis est illatio:

Ut, Non est frutex major rubo, robustis virgultis, habens baccas rubras. E. non est cynosbatus.

Canon de distributione.

**Distribu-
tionis.**

Quod de distributo affirmatur vel negatur, non necesse est de distributione affirmari vel negari; & vice versa.

Verbi gratiâ, nō valet: Risibilitas inest homini. E. vel corpori ipsius, vel animæ. Animal est rationale vel irrationale. E. & homo est rationalis vel irrationalis. Neque corpus, neque anima hominis moritur. E. nec homo moritur.

Satis de nobilissimo illo instrumento Logico, quod quidam tanti faciunt, ut statuant universæ Logicæ finem syllogismum. De apparente dicitur libro 9. Nunc libri septimi *χημικισμὸν* paucis adjiciamus.

TYPUS